

Questio prima

ergo sunt plures sensus specie q.5. Anis patz quia visus hominis est i anima que indiuisibilis est visus autem serpentis est in aia diuisibili. Item virtutis organicae sunt diuerse quarum organa sunt diuersa sed animalia respirantia et non respirantia habent diuersa organa ergo habent diuersum olfactum.

Item ea que sunt eiusdem rationis possunt equari sicut nubes homo et lumen possunt equari quod lumen semper me illius videt quia nos aper auditum re. si dicas visus lumen est perfectior in esse qualitatis non asit in eis visus hoc nil valet quod quero in eis cuius qualitatis est perfectior. Item potius dicendum est oppositum.

Tertio arborum sunt duo visus quod visus habet duo obiecta per se primo scilicet colorum et lucis et ergo non est una potentia. Forte dicens quod visus per se primo cognoscit lumen. Contra obiectum primum ipsius potest extendit se ad omnia cognoscibilia ab illa potentia sed non omne visibile est lumen ergo esse visibile non per se primo conuenit lumini quia quod conuenit alicui per se primo conuenit sibi convertibiliter. Forte dicens quod sensus visus est unus quia illud quod principale videtur esse unum scilicet lumen est quod potius dicitur videtur per se primo quod videtur sine alio et non ex quo. Sed contra. Hoc modo posset dici quod sensus tactus est unus unus quia principale tangibile est unus scilicet caliditas.

Tertio arborum quod unitas et multitudine sensuum non est et obiecto. quia effectus non est perfectior sua causa sed potentia est magis una est suum obiectum quia suum obiectum est unum unitate genitrix vel species potentia autem haber unitatem realem. Item potest species distincte possit habere eundem actum. quia lux sol et calor producunt eundem calorem specie et similiter motus localis. Item sol et homo generant eundem hominem. Et aliquis eadem potentia poterit in diuersa obiecta videtur ut id est calor inducat latum et faciat ceram mollem.

Tertio arguitur quod sensus distinguuntur per organa et per media quia hoc modo physis probat hic numerum sensuum. Primo scilicet ex parte mediorum secundo ex parte organorum vel instrumentorum.

Tertio ex parte sensibilium. Item hoc modo distinguit albertus.

Terto quodlibet sensibile per se habet proprium sensum sed sensibilia communia sunt sensibilia per se ergo habent proprium sensum vel detur ratio quare sensibilia per se communia non ita bene diversificant potentias sicut sensibilia per se propria. Item unus est intellectu circa omnia intelligibilitia ergo per unum sensum possimus cognoscere omnia sensibilia.

Tertio sensus interiores sunt distincte potentiae et tamen omnes habent idem obiectum quia nichil est obiectum sensus cois quin sit obiectum ymaginative. Item aliquid quando unus sensus est circa duo obiecta ut visus circa lumen et tenebras. Item omnis sensus est intra carnem ergo omnis sensus est interior sensus etiam tactus est in corde secundum auicenam.

Tertio arguitur quod sensus exteriores distinguuntur ex parte organorum vel ex parte mediop. scilicet media non sunt nisi tria scilicet aqua caro et aer. Forte dicens quod sensus distinguuntur per diversos modos imitandi a suis obiectis unde calor causat imitationem naturalem et spiritualem quod tangitur. Contra duo sunt sensus tactus ut supra dictum est et tamen non est nisi unus modus imitandi. Forte dicens quod sensus tactus sunt duo quod qualitates tangibles non sunt eiusdem generis primi. Contra unus visus est circa co-

Articulus primus

lorem et lucem et tamen ista non sunt eiusdem generis primi nec sensus distinguuntur per organa quia quod liber sensus est in eodem organo cum tactu quod tactus est fundamentum ad omnes sensus. Item idem tactus sicut caliditatem et dolorem quando natus dividitur et tamen ista sunt diuersa obiecta visus etiam per se cognoscit colorum et magnitudinem que sunt diuersorum generum. Sensus etiam communis per se cognoscit magnitudinem et figuram que sunt in diversis predicamentis et tamen est unus sensus ergo potentia non diversificant per obiecta. Forte dicens quod tactus non percipit dolorem primo quod qualitates primas que sunt eius obiectum. Cetera ita bene percipit dolorem sicut visus percipit colorum medios.

Cmono arborum quod medium immutatur realiter et naturaliter a calore quod naturaliter immutatur a calore et frigiditate scilicet color sequitur ex committitione istud quod lumen ergo in aere potest esse color et hoc patet in nobis quas non videremus nisi essent colorata ita.

Ad primum dicitur superius. Ad aliud dicitur quidam quod per olfactum percipiunt omnem odorum scilicet non scimus discernere propter propinquitatem nostrum odoratus ad cerebrum in omnibus tamen isti sensus sunt eiusdem speciei licet subiecta differant sicut caliditas est eiusdem speciei in igne et in lapide. De talpa dicitur Albertus libro 22. de animalibus quod habet loca oculorum scilicet non oculos. Alius dicit quod sub pellicula habet paruum lumen quod videtur esse extra terram foden do natura solens et solicita secundum albertum hic c. 131. aperuit oculos pelle quod cibum venatur sub terra et sepe est in ea ideo non potest ferre magnam lucem solis quando erit.

Ad secundum dicitur quod visus hominis non est in anima sed in potentia que est in composito ex anima et corpore. Et in eodem est species sensibilis. Sed contra supradictum est quod species sensibilis est sine materia ergo non est in composito ex materia et forma sed est composita materia dicendum quod solus intellectus abstractus a materia sensus tamen dicitur esse susceptivus specierum sine materia propter causam supra positam. Ad aliud patet ex dictis et magis patet inquirendo de sensibus interioribus hominis et animalium quae sint eiusdem speciei.

Ad tertium dicitur quod obiectum visus est color ut est quoddam magis commune ad calorem proprie dictum et ad lucem. Sed utrum de istis dicatur color unus videtur quod non quia in primo de anima. et c. 8. dicitur quod ratio animalis secundum unusquodque est altera ergo ratio coloris etiam est altera id est equo. Respondet albertus ibidem quod illa greca translatio est incorrecta unde in arabico dicitur verum una ratio ipsius anime sit sicut animalis aut sit secundum unusquodque altera. Quod dicitur quod ratio coloris ut generis est una sed secundum esse quod habet in diversis speciebus est altera. Si dicatur nulla potentia una extendit se ad corruptibile et incorruptibile sed lux solis est incorruptibile et non color negatur primum quia intellectus intelligit corruptibilia et incorruptibilia que generis phisico differunt.

Ad 4. supra dictum est. Nec inconvenit duas potentias habere eundem actum transeuntem non autem immanente. Et eadem potentia propter diversam dispositionem passi producit diversos actus trahentes.

Ad 5. dicitur quod illae distinctiones non sunt prae-